

Georg Radow


Georgius Radovius, D. & Antecessor, inclyti Collegii ICtorum Senior, & ad hunc actum Decanus, Suo, suorumque Dnn. Collegarum nomine Ad Disputationem Inauguralem Dn. Henrici Conau, Rostoch: Iuris utriusq[ue] Candidati Clarissimi, Ad Diem XXIX huius Mensis solemniter habendam, Magnificum Dn. Rectorem ... invitat : [P. P. Rostochii, sub. Sigillo Facultatis Iurid. d. XX. August, Ao. M.DC.LXXXII.]

Rostochi[i]: Keilenbergius, [1682]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788267647>


Druck Freier  Zugang





N. N. - 2 (167.)





6
GEORGIUS

RADOVIUS,

D. & Antecessor, inclyti Col-
legii Jctorum SEN¹OR, & ad
hunc actum.

DECANUS,

Suo, suorumque DNN. Collegarum
nomine
AD

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

DN HENRICI
CONAU,

ROSTOCH:

Juris utriusq; Candidati Clarissimi,

Ad Diem XXI⁹ hujus Mensis solemniter habendam,

MAGNIFICUM DN. RECTOREM,

Nobilissimum, Amplissimumq; utriusq; Reipublicæ

Senatum, cæterosque omnes omnium Ordinum Cives

Academicos & Literatos, horumque Fautores. observan-
ter & officiosè invitat.

ROSTOCH,

22.
TYPIS VID. B. FRIDERICI KEILENBERGI UNIV. TYP



Quid veteri Quiritum jure, ali-
 nō nomine, præterquam pro
 populō, vel pro libertate, vel
 protutelā, vel etiam furti pro
 absente, agere non licuerit,
 non evidenter modō, utialia
 multa, de quibus] Cti de popu-
 lo, quos alicubi vocat Cujaci-
 us, in foro altercantur, ex ipsis Institutionibus pro-
 barur per textum singularem in princ: §. de iis per quos agi
 poss. sed præbet quoque luculentissimum rei ipsius ar-
 gumentum Lexilla Decemviralis, cujus meminit
 Gellius. lib. 20. Noct: Att: cap. 1. In jus vocato si mor-
 bus avitasve vitium escit, qui in jus vocabit jumentum
 dato, si nolit, arceram ne sternito. Quod si enim jam
 illō tempore per procuratorem comparere, actio-
 nemque excipere potuisset impeditus vel morbo,
 qui est senium accersitum, vel senio, quod est mor-
 bus naturalis, interprete Rittershusio in Commento
 ad LL. XII. Tabb. class. 3. p. 3. cap. 3. cum ob morbum
 fonticum seu vehementiorem, quique rei cuilibet a-
 gendæ nocere, & impedimento esse poterat, dies
 quoque Judicii diffindi, h. e. differri debuerit, utile-
 ge Decemvirali aliā idem probat Rittershusius d. p. 3.
 cap. 4. supersedere omnino LLatores curā illi potu-
 issent, quā, ne causatio ægri corporis perpetuam va-
 cationem daret fidem derectantibus, Jurisq; actio-
 nes declinantibus, prudentissimè consuluerunt tum
 vocato, pedibus fortē ægro, aut alio casu ingredi non
 valenti, ne contra humanitatis rationem, quæ vetat

afflicto addi afflictionem, pedibus incedere cogere-
tur, periculumvè esset, ne viribus exhaustis in ipsa
viâ deficeret, tum ipsi etiam actori, ne scilicet ni-
mis gravaretur impensis; quod indubiè futurum
fuisset, si homini invalido pauperum, & cui satis ef-
sepoterat jumentum, h. e. vectabulum quod ad-
junctis pecoribus traheretur, nolens volens sternere
debuisset arceram, sive plaustrum quod piâ undiqvaq;
tectum & munitum, quasi arcam quandam magnâ,
delicatis vestimentis instructam, cujus generis sunt
gestatoria vel vectabula illa, quorum adhuc hodie
usus est apud Magnates, & idiomate nostro *Sänffe-
ten* vel *Kammerwagen* vocantur. *Besold. Thesaur.
pract. voc. Wagen* ibiq; *Diether in add.* Imò referunt
huc quoq; nonnulli famosissimam illam Juris regu-
lam in l. 123. *Edit. Flor.* vel l. 165. *Juxta lect. Holoand.*
ff. de R. J. quâ neminem alieno nomine lege agere posse
dispositum legitur, *vid. Cujac: ad lib. 28. quest: Pa-
pin in l. 77. ff. de R. J.* & *Hotoman. in Comment: ad
Inst: d. princip: quamvis etiam non sit de nihilo, quod
in contrarium urget Jacob Gothofred. in Com-
ment. ad d. ff. T. d. R. J. in pr. laud. l. 123.* quando qui-
dem antiqui, sed non antiquari, seu obsoleti Juris, re-
gulam hanc esse docet, eò quod non saltim ab Ul-
piano *lib. 14. ad Edict.* proposita, sed & à Triboni-
ano, consentiente & adprobante Imperatore Ju-
stiniano in *Corpus Juris* relata fuerit. *Quam-*
sententiam calculo suo etiam probat Eichelius | *Ctus*
Helmstad. Fautor & Amicus noster honoratissimus,
disertè statuens, prohibitionem l. 123. remansisse
postquam homines per procuratores litigare jam
cepissent *vid. ipseus Comment. ad d. tit. de R. J. cap. 1.*

¶ 30. Longe enim aliud est, nomine alieno agere simpliciter, & nomine alieno lege agere, ut ut nec in explicandâ hac phrasi una eademq; Interpretum sit sententia, sed textum illum alii ita limitandum esse velint: ut non procedat, si quis ad actus legitimos & solemnes, qualis est adoptio & emancipatio, solemnè apud acta ratione procuratoriam susceperit, atque adeo is saltem per regulam excludendus sit, si quis alterius inviti nomine agere velit. *arg. l. 31. ff. de Judic. § l. 40. Sf. ff. de procurat. Sturc. in d. l. 123. de R. J. n. 2. § 5. etiamsi non præsumendum, quemquam tam imprudentem reperiri, qui ad alienam causam, invitis iis, accedere vel aspirare audeat, Juxta Cicer. in. Divin. Quidquid tamen hujus sit, neq; enim operæ pretium fuerit, in rem obsoletam, & ab usu fori jam dudum remotam scrupulosius inquirere; quin potius hac occasione notandum, quantum Jura, quæ quævis sibi civitas constituit, à Jure naturali, vel solius durationis intuitu differant. Sicuti enim hoc, teste Imperatore Justiniano in *S. per. J. d. J. N. G. § C.* divinâ quadam providentia constitutum, semper firmum atque immutabile permanet, maxime si natura quid dicitur cû præcepto faciendi vel non faciendi, quod positivum alias vocatur, ad differentiam permissivi, ubi tale præceptum non additur, sed liberum homini relinquitur arbitrium: sic illa ex adverso admodum sunt mutabilia & sæpius mutantur vel lege, vel consuetudine contrariâ, uti etiam jus esse incipiat, quod expresse improbatum antea erat, & id quidem ideo; quia Jus istiusmodi humanum à præcepto oritur, & in objectum se diffundit, h. e. justum habetur*


vel injustum, quia præcipitur vel prohibetur; juris naturalis vero vis & obligatio, oritur à natura objecti, quod semper æquum & bonum est *l. pen: ff. de. Just. & Jur.* & se diffundit in præceptum, h. e. bonum. præcipitur, quia bonum *l. 188. §. 1. ff. de R. J. vid. De: ad §. pen: Inst. de Jur. n. g. & c. & Rebhan. Hodog. Jur pag. 71.* Exempla quibus illustrari præmissa possint, non adeò longe petenda sunt; præterquam enim quod successio conventionalis, Jure Justiniano improbata *per. l. 5. C. de pact:* hodie justa habeatur, idque potissimum ex pactis fraternitatis & unionis prolium pactisque doctoralibus appareat, teste *Biccio in Aureis præloq. pag 40. lit. W.* Ignotum insuper nemini esse poterit, quod, postquam à lege illa Decemvirali (: non quod inhumana fuerit uti quidem opinatur *Harprecht add. præ. Inst. de iis per quos ager. poss. n. 8.* hancque suam sententiam firmat auctoritate *Gellii d. cap. 1 N. A.* qui tamen, si recte inspiciatur, contra Favorinum Philosophum disputat, & quæ huic visa fuit lex inhumana, omnium humanissimam esse suam sententia pronunciat :) abiturum, permissumque cuique fuisset, causam suam per procuratorem agere vel defendere, eo quod & morbus, & ætas, & necessaria peregrinatio, itemque aliæ multæ causæ v. g. exilium, captivitas, dignitas, sexus, imperitia & c. *l. 54. ff. de procurat: l. 2. ff. de R. L. hominibus sæpe impedito* sint, quo minus rem suam ipsi exequi possint. *d. præ.* non admodum diu res in illis utilitatis & necessitatis terminis subsisterit, verum plenissimæ libertatis facta, concessumque fuerit, ut qui rebus suis quidem superesse possent, nollent tamen, per alios.


paucis saltem casibus exceptis, expedire omnia possint, teste
Alpiano *n. l. i. §. pen. ff. de procurat.* Quin & hodie tandem
plurimis in locis, vel consuetudine, vel editis eam in rem sin-
gularibus Judiciorum ordinationibus, nemo in persona ad-
mittitur, sed velit nolit, per procuratorem causam suam age-
re, & stare in Judicio tenetur, sicuti & Supplicationes à procu-
ratoribus non subscriptas, rejici notorium est, & testatur in-
ter alios *Andreas Valerius in Annot. ad Comment. Zoes. ad Inst. d. tit. De his per quos ag. poss. n. 1. & Schwanem. Diff. Jur. Civ. & Cam. s. n. 45. Gail. 2. Obs. 102. n. 7. Itemque Gastel. Specul. Jur. univers. cap. 16. n. 12.* Utrum verò hâc ipsâ mutatione bonum
publicum promotum fuerit, alia forsan quæstio est. cujus dis-
cussio in commodius tempus reservanda. Nunc a. id saltem
affirmare, experientiâ teste, ausim: ad amputandam litium mul-
titudinem, cui fini jus illud Qvirium antiquum introductum
fuisse, non improbabiler statuit Zoesius, *ad d. pr. Inst. de his per
quos ag. eandem parum, vel nihil contulisse; quas tamen abbreviari publicè interest. l. 13. C. de jud. l. 2. C. de re jud. l. 1. 10. C. d. Transact.* Quapropter nec improbandum adeò fuerit insti-
tutum eorum, qui, non nisi impetratâ prius à judice veniâ, vel
etiam speciali Principis concessione gratiosâ, facultatem com-
parendi per procuratorem haud concedere voluerunt, *vid. Va-
ler. Andre. annot. ad allegat. locum Zoes. n. 1.* Ita enim occurritur
multis molestiis, impensis, exceptionibus, litem protrahentibus,
& quod caput rei est, impudentissimis falsorum procuratorum
moliminibus, quæ olim ne præsumenda quidem, hodie vero
frequentissima sunt. Unde etiam orta intricatissima quæstio: An
abs hujusmodi falsario gesta, in præjudiciû adversæ partis, à Do-
mino rati haberi queant? circa quam decidendam in præsentia-
rum occupata est Dissertatio Inauguralis, pro obtinendâ, sum-
mos in utroq; jure honores, & privilegia ritè consequendi, Li-
centiâ, elegantè & laboriosè à Clarissimo DN. Candidato con-
scripta, & volente DEO ad diem XXIX. hujus mensis, ex Am-
plissimæ Facultatis decreto habenda.

Eò namq; benedicente DEO, studiorum suorum telam per-
texuit, ut suo meritò quoddam laborum præmium expete-
re queat; idque clarius adparebit, si curriculum vitæ lauda-
biliter hucusque transactæ, ex iis quæ nobis sunt communi-

cata, pro temporis & instituti ratione, paucis exposuerimus, quod ita habet: Postquam in hac ipsa Musarum sede clarissima feliciter in hanc lucem editus fuisset, nulla major Parentum suorum honestissimorum, Patris scilicet, Viri-Civis & Negotiatoris hujus loci quondam primarii, laudatissimiqve, DN. JOHANNIS *Ronow* / & Matris, MARGARETHÆ *Bylen* / Matronæ pietissimæ b. m. cura fuit, quam ut in pietate non minus, quam bonis artibus fideliter erudiretur. Unde, cum primum disciplina capax haberetur, privata eum variorum Præceptorum informationi eò fine commiserunt, & cum literarum elementa sic satis belle hic hausisset, in Westphalam, Scholamqve Mindensem Anno 1665. miserunt, ubi per integrum quinquennium sub primariâ Rectoris dictæ Scholæ, Viri Clarissimi, DN. M. HARTMANNI MORINGII, inspectione commoratus, tantos in humaniori literaturâ, Disciplinisq; aliis fecit progressus, ut habitâ publica Disputatione de Thesis quibusdam Miscellaneis, Theologico-Ethico-Logicis, Philologicisq; itemqve Oratione Valedictoriâ de ARCANIS THEOLOGICÆ, JURISPRUDENTIÆ, MEDICINÆ & POLITICÆ, uti tum temporis publicatum Programma docet, dignissimus fuerit habitus, qui ad Scholas Regias mitteretur. Elegit ergo quidem sibi Anno 1670. celeberrimam Hasso-Schaumburgicam, quæ est RINTHELII, ibiqve inter alios Professores Excellentissimos, præprimis etiam docentes JCtos Nobilissimos, DN. DAVIDEM PES FELIUM & DN. BERNHARDUM *Schulzen* audivit, sed sua sui placitoqve suorum, eodem adhuc anno inde discessit, visqve HELMSTADIENS. & LIPSIENS. Academiis, in florentissimâ SALANA tandem substitit, ibiqve nomen D. Astrææ professus, Musarum suarum sedem erexit. Non contentus vero Lectionibus & Disputationibus Excellentissimorum DNN. Professorum publicis, quorum DN. STRAUCHIIUS Arcana ac jurapublica, DN. SCHROTERUS Wesenbecii paratitla, DN. BECHMANNUS historiam juris, DN. FALCKNERUS Juris Institutiones & DN. GOEZIUS Politicam & specialem de LL. tractatum prælegerunt & explicarunt, privatâ insuper informatione Viri Nobilissimi & Consultissimi DN. D. ADRIANI BEJERI, Commilitonis hic quondam nostri, nunc Fautoris & Amici honoratissimi, nō absq; insigni suo emolumento usus est, ac sub

& Examinatorium, itemq; Ludv vellanum Disputatorium, sed & Struvianum ad Pandectas feliciter absoluit. Inde elapsò integrò bienniò, ad Nos in patriam à Parentibus revocatus, eòdem, quò alibi, ardore, studia sua continuavit, ductu primum DN. D. CASPARIS HABERMANNI, Instit. tū temporis Profess: famigeratiss: nunc beati, sub cujus Moderamine non saltè Eckolti Compend. Pandect. Tractation. audivit, sed & in Collegio Ludv vellanum Disputatorio sese sapius publice Respondentem stitit. Usus deinde etiam est reliq; vorum DNN. Professorum fidelissima informatione, tum publicà tum privatà, & inter alia laudat in specie Collegia in Exercitationes Schnobelianas in jus Civile & Feudale, itemq; Wesenbecianum, abs DN. REDEKERO, Jcto, Antecess. & Sereniss. Ducum Meklenb. Consiliario intimo & Consistorial: uti olim Excellentissimo, sic nunc desideratissimo, & ME etiam habita; quibus Exercitia non saltem Theoretica varia, occasione tum aliarum Dissertationum, tum inprimis Schnobelianæ primæ, quam à prælaudato DN. REDEKERO auctam, sub ejusdè Præsidio publicè cum laude defendit, sed & practica, dum per aliquot annos causarum paternarum, aliarumq; judicialium patrociniū dextrè sustinuit, junxit, non ignarus: Jurisprudentiam disciplinam esse practicam, atq; adeo in contemplatione nudà non acquiescere, sed & operationibus fungi, consequenter, qui cum teorià praxin non conjunxerit, Jurisprudentis nomine omninò indignum. His itaq; præsidis munitus & instruct; Ordini nostro Amplissimo aliquot ante menses nomen suū professus est, eumq; in Examine privato, sic satis rigoroso sese præstitit, qui ad publicum, & ulteriora etiam admitti, omnium judicio dignus habitus fuerit. Age igitur MAGNIFICE DOMINE RECTOR unà cum Nobilissimo Amplissimoq; utriusq; Reipublicæ Senatu; agite Omnium Ordinum honorumq; Cives Academici, Literati, ac Literatorū fautores optimi, æstimatissimi, adeste frequentes, & vel amicos de proposita quæstione cū DN. Candidato conferte sermones, vel saltem verbis illum contendentem auscultate, sublevate, & in universum ipsi bene cupite. Quod si id feceritis, uti vos facturos benesperam; apud hominē modestū & obsequentem beneficium collocabitis; nos quoq; nunquā commitem; ut nos beneficii immemores, multo magis minus ingratos appellare queatis. Valete.







von der Deutschen Juris

ret ap. Maderum in Epistolis Caroli IV. Gerv
tioni de Imperio Romano annexis S. 24. p. 116
Johanne Zachariae stehet in des Johannis
Archi-Comitum Oldenburgensium:
tissimus Magister Johannes Zachariae de conv
mus Theologus & NB. Utriusque Juris Vir
pora Erfordia & alibi, quam maxime autem in
doctrinam & elegantiam clarissimus fuit, & A
fecit. Da nun dieser Magister Johann
Consultissimus, dem im Anfang des funf
nem Costnitzchem Concilio beygewohnet
alter Mann gewesen, (wie er im besagtem
so muß er wol schon im negstvorigen vierze
rühmt gewesen seyn. Vermuthlich wird
Zachariae mehrere Nachricht finden in den
riae Concilii Constantiensis. Vom
daß er, da er noch Pfalz Graff im vierzehen
seiner Erfahrungheit in denen Rechten Justit

S. 15.

erner zu Zeiten des Italiänischen Juri
zehenden Seculo gelebet, haben zu Bononi
Schule Römischer Jurisprudenz, an die
gehalten, worunter eine große Anzahl Deu
den; wie Odofredus, Scriptor Coævi
mann. in Dedicacione Commentarii ad Instit.
mehro nicht gezweifelt werden, daß Irneriu
und so gar nach Constantinopel, die Rechte
es also nicht unwahrscheinlich, daß auch an
Zweigs halber, sich in die Fremde nach It
nach Constantinopel begeben. Denn solch
See, waren damahlen, wegen der Creuzzüg
in Deutschland üblich und gewöhnlich, wie
becensi zu ersehen. Sehr wol hat Anton
nassi Ticinensis angemercket, daß Käyser Fi
Promulgation der Authentica habita d
Deutsche Jugend nebst der Italiänischen na

33

69
Commenta
n Magistro
Chronico
egias & Do
si, eruditissi
per hac tem
modo, ob ejus
experimentum
Juris Vir
uli gehalten
len schon ein
annt wird)
Seculo be
m Joanne
us Histo
st bekandt,
sen, wegen
worden.

der im dreys
bekandten
ten sich aufs
sich besum
hm Hott
wil ja nu
er gewesen,
eiset. Ist
, gleichen
wol weiter
derlich zur
Land, auch
oldo Lu
istor, Gym
b. bey der
habt, die
lien in I
talien

